MONUMENTA GERMANIAE

Monasterium sancti Thome in Liptzk fundatur

est. Hic Theodericus marchio ecclesiam canoni-
corum regularium sancti Thome in Liptzk
fundavit anno Domini M°CC°XXI uno bien-
nio ante mortem suam et mortuus in Cella
fuit sepultus iuxta patrem suum Ottonem
fundatorem anno Domini M°CC°XXII°.

Hinricus marchio, filius Theoderici, dictus
Honar, ut supradictum est, scribitur illustris

Hic acquisivit lantgraviatum Thuringe.

princeps. Nam primo tempore lantgravia-
tum Thuringie acquisivit, quia mater ipsius
filia erat Hermanni lantgravii, mortuo sine
heredibus filio Lodewico cum fratre suo iure

hereditaria

quasi ~~hereditali~~ beneficio imperatoris et
magno thesauro terram istam ~~acquisivit~~ acquisivit.
Nam inter omnes progenitores suos nullus
diviciis, potenciis, sapiencia, industria mag-

a) magnimitate C.

nanimitate[a] sibi poterat coequari. Dicitur
et scribitur, quod fodina argenti in Friberg
temporibus suis adeo fertilis et bona fuit,

+ f. CCLXVI b

quod turres repleverit + argento, ymmo, si
voluisset ducatum Bohemie comparare potuis-
set. Sed cautus et sapiens advertit dictum sapi-
entis: Ne transgrediaris ambicione terminos
patrum tuorum, ipse totum, quod patrum
suorum fuerat, habuit et cum magna
honorificencia et quiete possedit. Hic princeps
pacis zelator iusticie, monasteriorum omnium
quasi secundus fundator. Nam omnibus
ubique monasteriis per progenitores suos fun-
datis, collegiis cathedralibus ecclesiis multa
donavit donata vel empta per monasteria

appropriavit

Nova cella fundatur.

liberaliter appropriavit. Novam Cellam Cis-
terciensis ordinis ad instar Veteris Celle propriis
sumptibus fundavit. Hic princeps inclitus
magna laude dignissimus inter omnes principes
Almanie ditissimus et virtute famosissimus
quendam forestam arboribus viridibus ante civi-
tatem

quendam C.